

109. **Masdevallia cupularis**: affinis *Masdevalliae lepidae* Rchb. fil.

cupula ampla brevi triangulis liberis aequalibus caudas non aequantibus, tepalis lato ligulatis apice obtusis emarginatis, labello cordato lineariligulato obsoletissime utrinque ante medium subloboso, apice papilloso asperulo.

Folium a cuneo basilari tenui oblongum obtuse acutum siccum superne vernixum nervis tribus bene prominulis. Pedunculi breves (sed decisi sunt, nec cum foliis cohaerent). Bractea angusta tubulosa acuta brevis. Flores caudis inclusis pollicem fere longi, sicci pallide brunnei. Columna postice apiculata, utrinque obtusangula.

Desengaño in Costa Rica. 5. 8. 1857.